



Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.DC.XV. Sancti Patris Benedicti. M.C.XXXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

scias, Sanctior an Doctior; reliquis ingenij summi magnis monumentis, quæ inter magnum omnino & mirificum opus, quod *Monarchiam Mysticam Ecclesie*, inscripsit, Epitaphium sequens ipso positum:

Sermonis Sacri conscripta volumina dicunt:

Non latet in medio, qui latet hoc tumulo.

Moritur hoc ipso etiam anno R.

Conradus P. Conradus Alopitius, celeberrimi Alopitius Garstensis in Superiore Austria Cenobij Mon. Garstenf. Monachus, Vir Religiosissimus, à Magna Numinis gratia, maxime in liberrandis energumenis, & profligandis Cacodæmonibus plurimum, celebratus.

I ESU CHRISTI ANNUIS. M. DC. XV.

Sancti Patris Benedicti. M. C. XXXV.

Etiam Romæ in tanto sanctissimi, tanto Eminentissimorum Sacrae Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, tanto Principum Romanorum totiusque Italiæ præsentia, concursu & respectu, Optimum tamen Nuhem, in minimis æque excellens, ac magnis, quos diligit & à quibus diligitur solidius, major maximis non solum videri vult, (uri est ubivis) sed in suis quoque humillimis servulis, ita se probat omnibus, & conspicuum reddit, ut ima summis non æquiperantur solum, sed absque comparatione ulla, etiam coeli totius contestatione præferantur. Talis hoc ipso anno in oculis Dei, in oculis Romæ, & omnium, qui æqui rerum æstimatores sunt, fuitum illimus, & in oculis suis abjectissimus P. F. Joseph à S. Germano Siculus, vir plane extaticus simulque Angelicus, ex Angelica sodalitatem Fuliensium, nostrorum. De hoc ita Carolus à S. MARIA: Joseph à S. Germano, Siculus, ab ipso fæculo, doctrina jam, & sanctitate singulari, toti Urbi notus ad sanctæ Obedientiæ bonum comparandum Congregationem nostram ingressus, plus juvit, quam adjutus est. Obedientiæ silentijque Regularis, cultor præcipitus, paucos annos, in extrema carnis maceratione vixit, continuâ verè Extra si Deo adhærens, reali mortis exarsi in DEUM perrexit. Post mortem pluri de plebe concurrentes, de veste, pilis, unguibus abscissum aliquid detraxerunt, admirantes omnes, quod mortua ipsius caro non rigebat, sed ut

Totus extaticus.

viva mollis semper remanebat. Ex P. Phil. Malabayla, Carolo à S. MARIA, &c.

Vixisse supremum sub hoc ipsum tempus in terris creditur, ut in cœlis viveret, Venerabilis P. F. Bernardus Catalanus, sacrum Institutum nostrum sub Regula, S. P. Benedicti, de Calatrava Professus, Admirabilis Matris, Virginis BENEDICTÆ cultu & devo-
tione, verè singularis, qui quo affectu eamdem Cœli imperatricem, Angelorum Reginam coleret, illustri argu-
mento testatum, posteris reliquit, quando nimirum, pro auctoritate ma-
jori, & obligatione testiori, Insti-
tumento publico ereto, exoratis certis Patronis, ejisdem testibus, sc̄e Eidem Virgini perpetuo devovit, & eman-
cupavit. Cujus devotionis Copias, multorum forè usui salubriter futuras hīc subiçimus:

*MARIA Virgo sanctissima, Mater Emanu-
Domini nostri JESU Christi, veri DEI patro fæ-
& hominis, Advocata & Protectrix pecca-
torum: Ego illorum maior, & qui magis
tuo indiget favore, O piatiss & Misericordia Rezina, ad pedes tuos provolutus
me in perpetuum Tuæ Majestatis servum
offerò, & humiliiter peto, in talē admittas,
obtineaque a Filio tuo eam gratiā,
qua ad ilib placendum in omnibus meis co-
gitationibus, verbis & operibus requiri-
tur, diligendo ex toto corde Divinam Ma-
jestatem, qua cogitavero, locutus vel, ope-
ratus fuero, vel omisero cogitare, dicere
aut operari, ad supremum honoris & glo-
rie SS. Trinitatis dirigantur, cui meæ actio-
nes gratae erunt, si tu Virgo immaculata
hanc donationem & oblationem, qua me
in perfectum servum tuum offero, digneris
admittere. Et precor S. Joseph Sponsum
Tuum, Anzelum Custodem, S. Bernardum,
S. Benedictum, Sanctos Joannem Bapti-
stam & Evangelicum, Vincentium Mar-
tyrem & Vincentium Confessorem, Sanctos
Guilelmum & Honoratum, Sanctam Annam felicem Matrem tuam, S. Magdale-
nam, sanctos Apostolos, & omnem Curi-
am celestem, Angelos & Spiritus beatos,
velint pro me intercedere, quatenus Tu di-
gnissima DEI Mater, me in perpetuum ser-
vum recipias, possimque Te imitari in vo-
luntatis propria resignatione, & profunda
humilitate ceterisque Virtutibus, quibus ornata fuisti. Et ut omni tempore con-
flet me tibi ipsum tradidisse, & ad eus rei
per-*

perpetuam memoriam, & ut omnes, qui presentes litteras viderint, sciant me Tuum esse perpetuum famulum, ac Lucifer & omnes Inferni ministri desperent, nullamque partem se in me habituros esse intelligent, hanc chartam propriam manu scripsi, meo nomine subsignavi, & armorum meorum sigillo communivi, in Regia Aula Legionensis Urbis, ipsa die Nativitatis Salvatoris nostri, recepto prius ejus Sacratissimo Corpore, Anno 1606. etatis mea 38. & omnes Creaturas, ad quas hujus oblationis notitia devenerit, contestor & provoco, ut si (quod DEUS avertat) gravibus meis peccatis id exigentibus a recta Virtutum via deviarem, indicent mihi, & memorię representent, me non esse meum, idque solum facere, loqui, & coizare posse, quod gratum sit Angelorum Regine Domine mee.

Perpetuus MARIÆ Virg.
Dominus meus Servus F. Bernardus Catalanus
Et Ego indignissimus
F. Gabriel tuus.

Subscriptio.

Relicifima
mors.Michael
Perez d'
Heredia.

Vitam Bernardus hic, secundum Ordinis Regulam instituit sanctissimam, sicutque secularia quibus ex officio intendere debuit, peregit, ut spiritualia, quibus toto animo deditus erat, non omitteret. Puritatem mentis & corporis, quo magis ad Anglicam naturam accederet, summa cura servavit: & post multa pietatis opera ad extrema deveniens, dum jam ultimum traheret spiritum, Beatos Patres BENEDICTUM & Bernardum, sibi adstantes, unum à dextris, alterum à sinistris, ejus manus suaviter sustentantes, eique animum, addentes conspexit, quibus ducenibus, corpore solitus in æternam emigravit patram. Franciscus de Birar, Chrysost. Henr. &c.

Extinguitur hoc etiam anno Michael Perez de Heredia, vir multæ experientie & eruditionis, Monachum professus in Valle Paradysi, in quo pro meritis etiam Abbas electus fuit, summaque & diligentia & prudentia locum gubernavit. Eximus fuit Theologus, tantumque concionando profecit, ut inter præcipuos sui temporis Ecclesiastes numeraretur, atque efficacissimè sua eloquentia populum ad Virtutum exercitia & vitiorum fugam excitaret. Utque laboris sui sequu-

tura etiam fruerentur saecula, scripsit eleganti stylo

Quadragesimalium Concionum, Librum. in quarto, apud Viduam de Cusio.

Concionum de Sanctis Tomum alterum, in quarto Salmanica excusum apud Antoniam Ramirez.

De fuga Beatæ MARIÆ Virginis in Egyptum Librum unum in octava Madriti, & Cesari-Augustæ.

In superiori Germania nostra rursum insignis flosculus, in Hortos Elyios transponitur die 15. Junij hujus anni, corpusculi deposita sarcina. Hæc Fryburgi Helvetiorum patre senatore nata, Mariae nomen ex Baptismate tulit, imbecillis natura, ita ut puella etiamnum jam defuncta crederetur, & mensa cum funeralibus imposita pro funere haberetur, ad sternutationem ancillæ, salutem apprecafi audita, vivere deprehensa est. Oculis cum non minus debilis quam reliquo corpore esset, matri aliquando asseruit, quod si intrare Monasterium permitteretur, & oculorum aciem & integrum valitudinem certo esset receptura. Dismissa proin ad Monasterium haud procul Fryburgo Cisterciensium. Virginum, paulo post alia difficultate labores cœpit, cum in cantu addiscendo tardior esset, ita ut ob hoc ipsum dimitti e Monasterio metueret. Quæcum anxietas aliquando misellam plurimum affligeret, ad imaginem quandam [Ecce Homo vocant] follicite conversa, gratiam Cantus addiscendi confidenter rogavit, audire quam primum sibi visa est, Christum ad se dicentem:

Ita fiet filia & facile cantum addiscet: quod etiam experta est. Priusquam habitu Novitiarum indueretur, ad parentes pro necessarijs quibusdam dimissa, in teput in proposito, imo amore tentata saeculi, cum animadverteret, cum lachrymis Christum affata præsentem quamprimum vidit, & quidem Crucem bajulantem sibi que ad portam usque Cænobij præeuntem, monitamque Crucem suam aque ac ipse ferat, ferre. In oratione posita, sensit quandoque se per vestem trahi, & circumspiciens, puerulum vidit, toga violacea, manus sibi extendentem, qua expauscente & exclamante, puer disparuit, & ipsa magna se perfundi consolatione sensit. Inter Officium Divi-

*Ingenij
monumen-
tu.*

*V. Maria
Fryburg.
Monial.*

*Ecce homo,
mirè colit
& operam
experitur.*

*Christus
ipsi appa-
ret.*

*Aliotempo-
re iterum.*

Divinum ferè semper Angelum suum Custodem intueri meruit, adeo præsentem & propinquum, ut ipsi partem sedilis in Choro (stallum vulgo vocant) cederet. In Feste Sanctissimæ Trinitatis Regulam S. P. BENEDICTI professam, incredibili animi sui tripudio ipsam SS. Trinitatem Professioni interesse vidit. Bonis & Sanctis Colloquijs ita dedita fuit, ut si profana iniurcerentur, nec attenderet, nec audiret. In Colloquio aliquando de Beatissima Virgine, ita exarsit, ut secedere in cellulam coacta sit, ubi in extrafim rapta Divinam Matrem cum puerō in sinu videre meruit. Jejunis corpus multum attrivit, maximè quando sacram Synaxim erat receptura.

Eius exercitia per annum.

Per Adventum, & à septuagesima usque ad Pascha, continuo cilicio, & quotidiana disciplina corpus castigabat. Similiter ab Ascensione usque ad Pentecosten. A Paschate autem usque ad Ascensionem, ter solummodo in hebdomade. Nullus prætererat dies, quin speciali aliqua mortificatione se affligeret. Donum lachrymarum quasi continuum habuit. Sanctissimæ Regulæ observantissimam, semper sese comprobavit. Contemplationis studio ira excelluit, ut vix vocaliter orare posset, quin statim in contemplationem repperetur. Tandem per decem menses hectica laborans febri & exhausta, brevi se morituram sentiens, vestibus indui petijt, in quibus est se pelienda, & in agonia posita voluit in cinere reclinari, super quibus etiam feliciter in Domino requievit hoc ipso anno, juxta Ven. Elisabetham de Castello à Wilemo Abbatore Altae Ripæ tumulata. Miraculis deinde aliquot ad sepulchrum se prodentibus. Maria etiam soror germana, à Dæmore obseffa solo sororis Rosario collo injecto, brevi est liberata. Ex Vita per Gulielmum Abbatem, &c.

Miraculus commendetatur.

Elevatio S. Macarij. Cùm, ut anno superiori dictum, S. Macarius Abbas S. Jacobi in Urbe Heripolitana sacrum corpus ubi requiesceret, Divina revelatione detectum omnium jam ore celebraretur, Illius ac Revnu Princeps Julius Echter a Mespelbruno ejusdem. Urbis Episcopus impulsu Numinis hoc anno sacrofanta lipsana è priori tumulo elevata, digniorem in locum, hoc est in tem-

pli Chorum maxima cum solemnitate transferenda curavit, ipseque cum incredibili concursu Canonorum, cleri, populique interfuit, dicente pro concione Euchario Sangio tunc suffraganeo, populiisque devotionem mirè concitante, quo factum, ut deinceps singulari omnes ad tantum cœlitem ducti reverentia, devotione & confidentia prodigiosas deinceps gratias & beneficia Divina invocato Divi Macarij suffragio impetrarent. Ea inter mulier caduco morbo miserabiliter afflictata, oblatis binis ad sancti viri corpus cereis, optatam illico sanitatem recepit. Joannes Zacharer homo agricultor tantis lacerabatur doloribus, ut tu-

In fine h. neficium.

mefacto follis instar capite & ulcrosis cavitatibus excarnificatus, vix capere quidquam cibi nedum labore lucrari posset, sed cum Elevationi prædictæ interestet, & novo Patrono commendaret, ab omni quam primum ulcere, dolore, tantoque malo liberatus est. Ejusdem rustici uxori, viso tanto miraculo parem imo majorem accepit gratiam, quando & unius oculi cæcitatem, & brachi ulcerosam gangrenam quæ miserum membrum ita depasciebatur, ut jam jam abscondendum videretur, salutato S. Macarij tumultu feliciter abstersit. Joannes Siel Artium Magister & Dicasterij Provincialis Procurator, lethali correptus fabri, cum opem Divi implorasset, salvus & incolumis è lecto surrexit. Petrus Conquet Episcopalis Seminarij Alumnus membris omnibus captus ac debilis voto ad S. Macarium facto, si convalesceret, ejus tumulum venerandi, integrum totius corporis obtinuit sanitatem. Obulerunt etiam votiva dona Divo Macario Illustris Dominus ab Erthal ejusque Domina conjux Illius Principis Julij Episcopi Heripolensis ex sorore neptis, quod prolem languidam, & emortuo manuum pedumque vigore debilitatam, ac prater hoc, profluente non raro, ex oculis auribus, ore, ac naribus sanguine prope enciam, ope Patroni ejusdem, fospitem integræque sanitati redditam accepissent, ut nihil de alijs miraculis memorremus. Ex Vita S. Macarij per Michaelem Heim Theologum.

Aliud m. iuu.

JESU